12.

iracundiam cupiditaſ.
quae praemio deliniuntur · non
iniuriae leſio · aut amor
ultioniſ accendit · quae of
ficiorum uincitur blan
dimentiſ · ſed ſucceſſuſ tan
tum alienae proſperitatiſ
inritat · Quiſ autem eſt · qui ſe
ut ſatiſ faciat inuiden
ti · a boniſ corruere · aut
a proſperiſ alienari · aut
calamitate aliqua op
tet inuolui · Quapropter
ne totum quicquid in nobiſ
uiuidum eſt · et quaſi uitali
uegitatione ſancti ſpirituſ anima
tur · uno tactu huiuſ mali
morſu baſiliſcuſ inferi
mat · diuinum cui impoſ
ſibile nihil eſt · iugiter implo
remuſ auxilium · Caetera
etenim uenena ſerpentum ·
id eſt carnalia peccata uel
uitia · quibuſ uitio inuol
uitur · ita facile expurga
tur humana fragilitaſ ·
habenſ aliqua uulnerum
ſuorum in carne ueſtigia ·
quibuſ quamuiſ terre
num corpuſ periculoſiſſi
me contumeſcat · tamen
ſi theriacae remedium · aut
illa ſalutarium uerbo
rum medella · aliquiſ
peritiſſimuſ carminum
diuinorum incantator
admouerit · ad perpetuam
animae mortem pernici
eſ uirulentia non perue
nit · Inuidiae autem · quaſi
a regulo ſerpente effu
ſum uiruſ · uitam ipſam
religioniſ ac fidei · priuſ
quam uulnuſ in corpore
ſentiatur · excludit · non
enim aduerſuſ hominem ·
ſed plane aduerſuſ dominum
blaſphemuſ extollitur ·
qui nihil in fratre aliud
niſi bonum meritum
carpenſ · non hominiſ cul
pam · ſed dei tantum iudi
cia reprehendit · Haec er
go eſt illa ſurſum germinanſ
amaritudiniſ radix ·
quae ſe erigenſ ad ſuperna.

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. 12 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/de/csg/0575/12)